

adderetur, inflammata libidine effrenatè coniugis copulæ uiscerè. Iure autè optimè prohibitionem hanc restrinxit denuò Ecclesia ad quartū gradū. Quòd vsq; ad illum duret consanguinitatis amicitia, & uolentius tepescere iam charitate, vix sit qui se alterius consanguineum agnoscat.

Hinc inferitur, duos consanguineos inæqualiter distantes à stipite, si alter distet ultra quartū gradū, alter uero intra illū, posse matrimonio copulari. Habetur expressè. c. final. de consang. Et ratio est, quia (ut probauit disp. 10. n. 6.) tunc attenditur gradus consanguinitatis penes distantia remotioris à stipite, ita ut quotū gradu remotior distat à stipite, eodè consanguinei illi distent inter se. Cum ergo remotior à stipite distet ultra quartum gradum, ambo erunt consanguinei inter se ultra quartum gradum: ac proinde nulla erit prohibitio matrimonij inter illos: iuxta. c. debet, de consanguin. & affin.

Hæc tamè decisio c. finalis, de consanguin. tæperat quidam, nisi alter eorū distet à stipite in primo gradu, tunc enim nõ valebit matrimonium inter ipsum, & aliū distantem ab eodem stipite in quinto, aut alio ueteriori gradu. Verbi gratia, abnepos, uulgò el quarto nieto, distat à quarto. auo quinto consanguinitatis gradu, nõ poterit autè matrimonij inire cū filia illius quarti auo, quæ ab eo auo distat in primo gradu. Quia perinde est ac contrahere cū ipso stipite. Cū filia stipitis sit cum ipso uia carnis: unde in infinitum est hæc prohibitio, sicut cū ipsi ascendentibus, & descendētibus. Sic docet Faber instituta de nuptijs, in. §. inter eas, in nu. vnico, & candè sententiam tenet Hostien. summatit. de consang. §. vsq; ad quotū gradum. nu. 11. uerf. sed nunquid in quinto: & c. quod dilectio. n. 1. & c. tua nu. 2. de consang. Ioannes de Triburgo in summa confessorū, lib. 4. tit. 6. q. 7. & Henricus. c. non debet. n. 5. de consang. licet dicat contrariū esse in rigore uerius, at dicit hoc esse tutius, & amplectendum, atq; occurrenti casu consulendū fore Põtificem. Cæterū iure optimè ab hac limitatione illius textus in distinetè loquentis recedunt cõmuniter Doctores afferentes posse inter illos consistere matrimonij: ut pote qui ultra quartū consanguinitatis gradū sunt inter se coniuncti. Atq; ita reprobata cõtraria sententia docent, Ioan. Andr. c. fin. n. 2. de consang. & super arbore consanguinitatis, in fin. Anton. co. c. fin. n. 4. & c. tua, eo

dem tit. in fin. Anchar. ibi. nu. 2. & d. c. fin. in fine. Cardin. d. c. tua. n. 3. Præpos. d. c. finali, in fin. Astenfis. 2. p. summa. lib. 3. tit. 17. ar. vnico. q. 4. Rosella, uerb. impedimentum, impedimento. 5. fin. & ibi Supplementum summa Pifanæ, impedimentum. 5. nu. vlt. Angel. uerb. matrim. 3. impedimento. 6. n. fin. Syl. matrim. 8. q. 6. dicto vltim. Brunellus de sponsal. concl. 25. fin. Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 6. fin. Gaeta. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 1. 32. n. 358. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 9. nu. 2. fin. Toledo lib. 7. summe. c. 5. n. 4. Petrus de Ledefm. de mari. q. 54. ar. 2. col. penultim. §. & aduertendum. Soaccius de sponsal. 2. p. super infir. de nuptijs. §. ergo non omnes. n. 11. & est communissima sententia.

Ad argumēt. n. 2. proposita respõdetur. Ad primū dic leges de matrimonio esse etiã spirituales: cū matrimonij sit sacramentū: atq; Christus leges aliquas de illo tulit, auferens polygamia, ac repudiū. Ad secundū dic Ecclesiã minime corrigere diuinū statutū. Sed Deus cõmisit Ecclesiæ facultatè prolatã, ac restringēdi gradus, ut uidentur tẽporū diuersitate expedire. Et Hebræis quidè expediti non plures cõsanguinitatis gradus Deus prohiberet. Quòd rari essent illi: ac ualde proni ad repudiū, à quo arceretur ducētes consanguineas. Quæ rationes cessant modò, & idè expediti sunt plures ab Ecclesia gradus interdicti. Ad tertiu dic eã prohibitionè esse ualde antiquã. Nã ut n. 1. retuli prohibitionè vsq; ad septimum gradū statuerunt Alex. II. qui sedit anno. 1060. & d. Greg. qui quadringentis annis illum antecessit: & lib. 12. Epistololarū, Epistola. 31. ad Felicè, scribit se cum solis Anglis dispensasse ut ultra secundū gradū matrimonia inirent, ob recentè eorū conuersionem ad fidem, & Iulius. II. qui plūs ducentis annis præcessit. D. Gregorius. Ad vltimum dic eam non esse præcipuum rationè illius restrictionis gradū: sed quãdam conuenientiã esse, nec ineptã, ut ridiculã, sed planè phycicã (ut bene docet. D. Th. 4. d. 40. q. vii. ar. 4.) Quia cū homo ex quatuor elementis cõset, colligitur probabiliter ultra quartū gradū de fere uim eiusdè sanguinis à primo stipite tracti. In permixtione enim sanguinis à patre accepti cū alio extraneo, quæ sit in generatione, vis ignea, quæ subtilissima est, primò cõfundit, & perit. 2. uis aerea. 3. uis aquæ. 4. terrestris, quare ultra quartū generatiõem tota illa uis sanguinis omninò extincta uiderur.

DE IMPEDIMENTO COGNATIONIS SPIRITUALIS.

DISPUT. QVINGVAGESIMAQVARTA.

Quid sit cognatio spiritualis: ex quibus sacramentis, & inter quas personas confurgat: & quo iure matrimonium dirimat?

SVMMARIVM.

Explicatur definitio cognationis spiritualis. n. 1.
 Hæc cognatio est solo iure Ecclesiastico inducitur, & habet fundamentum in iure diuino. num. 2.
 Impedit, & dirimit matrimonium subsequens iure solo Ecclesiastico. n. 3.
 An impediatur usum, quando superuenit matrimonio, & remissio. n. 4.
 An dirimat sponsalia precedentia. n. 5.
 Ex alijs sacramentis, præter Baptismum, & Cõfirmationem, non oritur cognatio. n. 6.
 Quid ex Cathecismo, Remissio. n. 7.
 Non extinguitur morte persona, qua mediante contracta est. n. 8.
 Inter quas personas iure antiquo contraheretur. n. 9.
 Quid ex iure nouo Tridentini. n. 10.
 An hodie transfundatur hæc cognatio in conuersione baptizantis, uel patris. n. 11.
 An contrahatur inter masculum & feminam simul effectos patris, ita ut nequeant matrimonium inter se inire. n. 12.
 Vir & uxor simul alieni pueri patris non priuantur debiti exactione. n. 13.
 An Tridentinum auferens, uel restringens cognationem, loquatur etiam de ante illud decretum contracta. n. 14.
 An si plures patris designati, ante Tridentinum rãgendo puerum cognationem contraxerant, sit illa nunc sublatã. n. 15.
 An contrahatur cognatio spiritualis cum patribus naturalibus, illegitimis tamen ipsius baptizati, uel cõfirmati: & cum adoptiuis. n. 16.
 An possint duo ad inuicem esse patris filij alterius, & sic duplici ex parte cognatione spirituali deuiniciantur. n. 17.

Vm actū sit de cognatione carnali, iam de spirituali differendum est. In quo tractatu hunc ordinem seruabo. Prius in hac disputatione agam, ex quibus sacramentis,

& inter quas personas oritur. Deinde in sequenti, an ex sacramento penitentia. Mox de qualitate actus requisiti ex parte patris, & eorum intentione, & an debeat esse actus personalis ad contrahendã hanc cognationem. Mox de qualitatibus in patris requisiti, ut contrahant. Tandè de qualitate ipsius Baptismi, an debeat esse solemnis, & ualidus. Cognatio ergo spiritualis sic communiter à Doctõribus definitur. Est propinquitas quædam personarum ex statuto Ecclesiæ confurgens, propter collationè Baptismi, uel cõfirmationis, uel susceptione recipientis hæc sacramenta. Quæ ex corollarijs sequentibus manifestè relinquetur.

Hinc deducitur primò, cognationè hæc spiritualem ex Baptismo, & Cõfirmatione ortam, non esse ex iure diuino naturali, aut ex diuino positivo, sed ex solo Ecclesiastico. Quod affirmant D. Thom. ab omnibus receptus. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. corpore. Et non esse ex iure naturali constat. Quòd hæc sacramenta nullum in iure naturali fundamentum habeant, sed ex sola Christi institutione in cõperint. Quare cognatio ex ipsis confurgens nequit esse de iure nature. Nec etiam est de iure diuino positivo, quia nullus in sacra pagina locus inuenitur, ubi de illa mentio fiat. Restat ergo, ut ex solo iure Ecclesiastico ortum habeat. Statuta autem est. c. de eo, & c. si quis filium, & multis alijs in locis. 30. q. 1. c. ueniens, & in multis alijs textibus, de cognat. spirit. & c. 1. eodem tit. in. 6. Ratio autem, cur Ecclesia instituerit ex his duobus sacramentis oriri cognationem spiritualem, per eorum administrationem, uel in eis susceptionem, optimè redditur à D. Thoma. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. corpore, iustò ar. 2. ad. 1. Quia sicut per carnalem generationem homo accipit esse naturale: ita per hæc sacramenta recipit esse spirituale, per modum cuiusdam spiritualis regenerationis, ac natiuitatis. Sicut enim in puero est duplex

natiuitas naturalis, prior in vtero, quando in illo ad huc debilis formatur. Posterior, quando iam roborata ad sustinenda aliqua vita aduersa, ex vtero in lucem editur. Sic est in homine duplex natiuitas spiritualis, altera in Baptismo, per quam regeneratur tener, & quasi in qua Ecclesie vterum fouendus: altera vero in Confirmatione, per quam fortis effectus in lucem prodit, vt periculis exponatur. Et in his sacramentis ministrans est quasi pater generans, & susceptor, siue patrinus, est quasi mater, quae nomine Ecclesie in suo gremio baptizatum, & confirmatum suscipit. Sicut ergo per generationem carnalem contrahitur cognatio naturalis, sic per generationem hanc spirituales in his sacramentis factam instituit Ecclesia cognationem quandam spirituales contrahit. Item vt mentibus hominum alijs hanc natiuitas imprimeret. Cui viderent cognationem ex ea oriri, in lar cognationis naturalis ex naturali natiuitate promanens. Quibus autem hanc cognatio sit ex solo iure Ecclesiastico inducta, negandum non est ei fundamentum aliquod in iure diuino positum. Nam. r. Petri. r. appellatur regeneratio per Christum facta per hanc sacramenta.

3. Secundo infertur, iure optimo Ecclesiam instituisse, vt cognatio spiritualis ex duplici hoc sacramento orta impediat, ac dirimat subsequens matrimonium. Quod expressè de cetero est. c. r. de cognat. spirit. in 6. & c. veniens, & multis alijs textibus, de cognat. spirit. & supponitur in Tridentino ses. 24. de matrim. c. 2. Rationes autem huius statuti sunt ferè eadem, quas disp. precedenti nu. 3. attulimus ad probandum expeditesse in quibusdam consanguinitatis gradibus interdici, ac irritari matrimonium. Quia recipiens ab alio esse spirituale, debet illi quandam reuerentiam. Atque ideo baptizantibus tanta olim exhibebatur reuerentia: vt ob eam causam zelus esset, ac contentio inter Christianos, à quo quispià baptizatus esset. Vt testatur D. Paulus. r. ad Corinth. 3. Secundo, quia inde contrahitur quoddam amicitia, ac familiaritatis vinculum. Quare oportuit inter hos cognatos interdici matrimonium, vt cum extraneis intro dilataretur in plures amicitia. Tertio, quia sicut ex generatione carnali, per quam quis esse naturale accipit, consanguinitas orta dirimit matrimonium: ita expediens fuit, vt spiritualis cognatio profecta ex spirituali generatione in eius reueren-

tiam impediret, ac dirimeret coniugium inter eas personas eo vinculo coniunctas. Quare malè Conradus Lagus in methodica iuris, tit. de nuptijs, dixit prohibitionem matrimonij in cognatione spirituali sine causa factam esse: eamque valere auctoritate Ecclesie, quantum possit. Hanc autem cognatio solo iure Ecclesiastico obstat matrimonio inuendo. Cum enim ex solo illo iure instituta sit: (vt nu. precedenti probauit,) fieri nequit, vt iure naturali, aut diuino positio is effectus sibi cogpetat. Et ita testatur D. Tho. 4. d. 42. q. 1. ar. r. corp. Et est ab vniuersis receptum: teste Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. n. 1.

4. Quando autem cognatio spiritualis superuenit matrimonio, vt quia alter coniux fuit patrinus alterius in Confirmatione, aut leuauit de sacro fonte filium alterius, aut communem, certum est matrimonium procedens dissolui non posse. An verò, qui in culpa fuit, priuetur facultate exigendi debita? de eam lib. 10. disp. 26. & sequentibus.

5. At si sola sponsalia de futuro contracta sint, dissoluentur per cognationem spirituales superuenientem inter illos, sicut & per affinitatem. Quia cum non sint vinculum indissolubile, soluentur superuenienti obstaculo dirimenti subsequens matrimonium. Atque ita docent Host. cap. veniens, in fine, de cognat. spirit. Et ibi Ioan. Andr. in fine, Anton. in fine, Anchar. nu. 2. Cardin. in fine, Alexand. de Neuo, cap. 2. nu. 5. eodem tit. Rosella verb. impedimentum, impedimento c. n. 16.

6. Tertio infertur, ex alijs sacramentis præter Baptismum, & Confirmationem, minime oriri cognationem spirituales, quae matrimonium aut dirimat, aut impediat. Sic deciditur expressè. cap. finali, in fine, de cognat. spirit. in 6. Cuius ratio est iuxta D. Thom. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. ad 8. quia licet reliqua sacramenta conferant esse spirituale gratiae, ac non id efficiunt per modum spiritualis regenerationis, sed per modum alimentatiōnis, vt Eucharistia, aut sanationis, seu reconciliatiōnis, vt penitentia.

7. Verum verò ex Catechismo contrahatur aliqua cognatio spiritualis: atque restricta, aut sublata per Tridentinum? Diximus hoc. 7. lib. tota disp. 10.

8. Quarto infertur, hoc impedimentum cognationis spiritualis esse perpetuum, ac proinde non extingui morte personae, qua mediante contracta est. Vt in affinitate, & reliquis impedimentis contingit. Iura enim

absolutè hoc impedimentum statuit, nec inuenitur textus id limitans, dum ea perlo na superes est. Deinde, quia speciale est in cognatione legali transversa linea, vt sit impedimentum temporale: quodd iura ita statuenda ita explicent. Atque ita docet Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. art. 2. conclus. 5. Gallego de cognat. spirituales. c. 15. n. 6.

9. Quòd si quæras, inter quas personas cognatio hæc spiritualis contrahatur? Diuersimodè respondendum est attento iure antiquo: & attento nouo Tridentini. Quia iure antiquo triplex erat cognationis spiritualis species, nimirum, paternitas, compaternitas, & fraternitas. Paternitas inter baptizantem, & baptizatum: & inter confirmantem, & confirmatum: & similiter inter patrinum baptizati, vel confirmati, & baptizati, vel confirmati. Compaternitas inter parentes baptizati, vel confirmati, & baptizantem, vel confirmantem, & patrinus Baptismi, vel confirmationis. Atque ita parentes baptizati, vel confirmati, erant compateres baptizati, vel confirmantis, & patrinorum. Et duplex hæc cognatio transfundebatur à viro in vxorem. c. Martinus de cognat. spirit. ita vt eò ipso quòd vir baptizaret, aut confirmaret, (potest enim coniugatus fieri Episcopus, seruatis quibusdam conditionibus. Vt latè dixi disput. 4. r.) vel esset patrinus, vxor contrahebat eadè cognationis spiritualis specie cum eisdem personis: eò quòd sit vna caro cum viro. Et magna erat controuersia, an etiam transfunderetur in mulierem fornicariè cognitam. Tandem fraternitas erat inter filios carnales baptizantis, & confirmantis, vel patrinorum, & ipsum confirmatum, vel baptizatum. Itaque baptizatus, vel confirmatus erat confrater filiorum baptizantis, vel confirmantis, & filiorum ipsius patris, & matris. Hæc habetur. c. de eo. 30. q. 1. c. veniens, & c. Martinus, de cognat. spirit. & c. r. eodem tit. in 6.

10. Verum cognatio hæc spiritualis partim ablata est, & partim restricta, per Tridentinum ses. 24. de matrim. cap. 2. Ablata enim omnino est fraternitas: & sic baptizatus, vel confirmatus nullam spirituales cognationem contrahit cum filijs baptizatis, vel confirmatis, vel patrinorum. Restricta autem est paternitas, ne transfundatur ad vxorem: nec similiter compaternitas: (vt num. sequenti declarabimus.) Et similiter restricta est compaternitas, vt non contrahatur

inter baptizantem, vel confirmantem, & patrinus. Quare hodie duplex sola est huius cognationis spiritualis species, nempe, paternitas, & compaternitas. Paternitas contrahitur inter baptizantem cum baptizato, & inter patrinus cum ipso met baptizato. Et similiter inter confirmantem cum confirmato, & inter patrinus Confirmationis cum ipso met confirmato. Compaternitas autem contrahitur inter baptizantem cum patre, & matre baptizati, & inter hos patres carnales baptizati cum patris Baptismi. Et similiter inter hos parentes confirmati cum confirmante, & cum patris Confirmationis. Quod constat ex verbis expressis dicti decreti Tridentini. Et notant vniuersi Doctores.

11. Et quauis post dictum Tridentini decretum dubitatum ab aliquibus fuerit, an cognatio spiritualis à viro contracta, eò quod aliquem baptizari, aut teneuerit in Baptismo, vel Confirmatione, transfundatur ad vxorem, & eò contra, eò quòd sint vna caro. Vt iure antiquo dispositum erat. c. Martinus, de cognat. spirit. At Pius V. in quodam proprio motu incipienti, Cum illius vicem, edito anno 1566. declarauit non transfundi. Quòd Tridentinum expressè in eo decreto decidat, cognationem non contrahi ab alijs personis, præter ibi numeratas: inter quas non continetur vxor patris, vel baptizantis. Et ita notant Nauar. summa Latina. c. 22. nu. 39. Suarez. 3. p. q. 67. ar. 8. columna. 3. §. secundo explicat. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubric. glos. 1. nu. 168. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. 3. folio. 490. §. conclusio fit. Veracruz appendice ad Speculum, vbi de cognat. spirituali, folio. 75. Palacios. 4. d. 42. disput. vnica, columna. 26. vers. rursus vxores, folio. 927. Ouandus ibi. q. vnica, propositione. 4. Toledo lib. 7. summa, c. 4. n. 5. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 11. nu. 2. Ludouicus Lopez. 2. p. in fructu 8. vbi de matrim. c. 51. columna. 6. Manuel. 1. 1. tomo summa. 2. editione. c. 226. n. 1. sine. Bartholomeus à Ledesma de matrim. dubio. 46. post. 2. conclus. notabili 3.

12. Hinc infertur, nec cognationem hanc contrahi inter ipsosmet patrinus. Quare si vir & femina sint simul patris, possunt inter se matrimonium iungi. Quia omnes factentur iure antiquo id impedimentum nõ oriri inter eos. Nec Tridentinum voluit cognationem hanc protendere, sed coarctare. Quare dum Tridentinum ses. 24. de

matrim. c. 1. sic ait. *Ad summum vnus, & vna baptizati de Baptismo suscipiant, inter quos, ac baptizatum ipsum cognatio contrahatur: non est sensus illius particulæ, Inter quos, vt inter illos paternos inter se hæc cognatio oriatur: sed inter illos, & alias personas ibi numeratas, nimirum, baptizatum, & ipsius parentes. Et ita docent Nauar. & Suarez num. præcedenti allegati. Gallego de cognat. spirit. cap. 9. num. 8. Palacios 4. d. 42. disput. vna, columna. 34. vers. vir autem & vxor, folio. 93 r. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, cap. 5. 1. de matrim. columna 2. & vbi de Baptismo, cap. 62. §. secundo recolendum est. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione, cap. 226. num. 1. notabili. 1. Vega. 1. tomo summe, c. 33. calu. 40.*

13 Quare si vir, & vxor simul alienum puerum de sacro fonte leuent, nullatenus priuantur iure exigendi debiti. Quippe nullam contrahunt inter se cognationem. Sic Palacios, Suarez, Manuel, Vega num. præcedenti relati.

14 Explicuit etiam Pius V. in quodam motu proprio decretum Tridentini allegatum non solum accipiendum esse de cognatione spirituali in posterum contrahenda, sed etiam de contracta ante illud decretum, vt similiter restricta censetur. Quare qui ante prædictum decretum cognationem spirituales inter se contraxerant in casibus sublati per illud, poterunt modo absque dispensatione aliqua matrimonio iungi. Verbi gratia, filij baptizantis, vel patris contraxerunt confraternitatem cum baptizata femina ante decretum Tridentini, (vt num. 9. diximus,) tunc non poterant matrimonio iungi, at possunt illi met nunc inire coniugium. Quia Tridentinum auferens cognationem spirituales confraternitatis, non solum abstulit in posterum contrahendam, sed etiam antea contractam. Et ita obseruat Gallego de cognat. spirit. cap. 7. num. 27. Veracruz appendice ad Speculum, vbi de cognat. spirit. in fine, fol. 76. Enriquez libr. 12. de matrim. c. 11. n. 5. Petr. de Ledesma. de matrim. q. 56. art. 3. col. 3. §. circa istud decretum. Manuel 1. tomo summe. 2. editione. c. 226. nu. 1. no.



tabili. 3. Bartholomæus ad Ledesma dub. 46. de matrim. columna. 9. hæc sub aliquo dubio: quia motum proprium non vidit.

15 An verò si plures tetigerant baptizatum ante prædictum Tridentini decretum, ac proinde cognationem spirituales contraxerant, maneat ab illa liberi post id decretum? Dicam disput. 57. num. finali.

16 Dum autem dicitur in prædicto Tridentini decreto, parentes baptizati, vel confirmati, contrahere cognationem spirituales cum baptizante, vel confirmante, & cum patris, intelligendum est de patre, & matre carnalibus, siue legitimis, siue illegitimis. Quia ante Tridentinum eam contraherant. Vt docent gloss. cap. 1. verb. & matrem, de cognat. spirit. in. 6. & ibi Francus num. 4. At Tridentinum cognationem hanc cum parentibus contractam nullatenus restrinxit. Vt constat ex contextu. Et ita sentiunt Nauar. & alij, quos disput. 62. num. 11. referam, qui post Tridentinum scripsere, & tamen docent eum, qui filium suæ concubinae baptizat, non posse eam ducere, ratione cognationis spiritualis inter eos ex illo Baptismo confurgentis. Quare parentes legales, nimirum, adoptiuus ipsius baptizati, vel confirmati, nullam prorsus cognationem contrahunt cum ea sacramenta conferentibus, aut cum patris. Quia nec antiquitas eis contraherant: & textus loquens de parentibus est intelligendus de naturalibus, vt pote qui soli veri parentes sunt. Ita Gallego de cognat. spirit. c. 7. n. 12.

17 Tandem possunt duo ad inieci esse patrini, alter alterius filij, & rursus hic filij eius, qui suum filium de iure leuauit. Cui nullus sit textus id interdicens. Sic Abbas cap. super eo, num. 2. de cognat. spirit. & ibi Alexander de Neuo num. 2. Præposit. num. 1. notabili. Angelus matrimonium 3. impedimento 7. numer. 18. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis diuin. num. 5. vers. potest quis. Quare tunc duplex inter parentes cõ paternitas oritur, ratione vtriusque filij. Vt tradunt Abbas, Alexand. de Neuo, Præposit. ibidem.

DISPUT. QVINQVAGESIMAQVINTA.

Vtrum per sacramentum penitentia contrahatur aliquod cognationis vinculum, ratione cuius sit specialis luxuria circumstantia necessario fatenda, accedere ad confessionem filiam?

SUMMARIUM.

Quando confessio vt medium sumitur, quia fama sollicitatur in confessione, est sacrilegium fatendum n. 1.

Quid, quando longo tempore transacto? Reseruat duplex sententia. n. 2. & 3.

Proponitur sententia Authoris. n. 4.

Satisfit argumentis. n. 5.



1 In disputatione hac, absque controversia est, immane esse sacrilegium, ac mutans luxuria speciem, quando confessionis sacramentum acciperetur vt medium ad hoc peccatum perpetrandum. Vt si Sacerdos in ipsa confessione sollicitaret penitentem. Est enim gratis iniuria irrogata sacramento, ac proinde habet speciale sacrilegij malitiam. Quare iure optimo de hoc crimine cognoscunt hodie Fidei Inquisitores.

2 At difficultas est, quando nõ accipitur confessio vt medium, sed multo transacto tempore Sacerdos rem habet cum femina, cuius aliquando confessionem excepit: an hæc circumstantia sit necessario fatenda. Quia in re duplex est sententia. Prima negat. Quoniam ex penitentis sacramentum nulla cognatio contrahitur. Vt constat ex cap. fin. in fine, de cognat. spirit. in. 6. vbi postquam decusum est, cognationem hanc oriri ex Baptismo, & Confirmatione, sic dicitur. Ex datione verò aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quia matrimonium impedit, vel dissoluit. Ergo non est cur accedere ad filiam confessionis sit circumstantia necessario fatenda. Et confirmatur, quia non reperitur in toto iure canonico: decusum, cognationem aliquam, aut vinculum aliquod speciale ex confessione oriri, vnde de confurgat specialis hæc luxuria circumstantia. Secundo, quia seclusa cognatione spirituali, quæ iure Ecclesiastico oritur ex Baptismo, vel Confirmatione, non esset specialis circumstantia fornicari baptizantem, vel confirmantem, vel susceptorem, cum à se baptizata, vel confirmata, vel suscepta in his sacramentis.

Cum ergo talis cognatio non nascatur ex confessione, similiter non erit specialis circumstantia. Tercio, quia hoc peccatum nõ est incestus, vt constat: non enim est accessus ad cognatam: nec sacrilegium. Quia iniuria non inferitur sacramento. Cum illud non sumatur vt medium ad hoc peccatum: atque sacramentum iam transierit. Nec potest dici esse circumstantiam notabiliter aggravantem, quauis speciem non mutet. Quia sublata diâ cognatione, nõ est cur notabiliter aggravet. Quarto, quia si Sacerdos inciderit ad alia peccata simul perpetranda illum, cuius confessionem aliquando audiuit, vt ad simul vindicandam iniuriam, furandum, nemo diceret confurgere circumstantiam necessario fatendam, ex eo quod eius confessionem audierit. Tandem, quia Bernardus Diaz in practica canonica, in noua editione. c. 82. n. 3. ait hoc peccatum esse multo leuius incestus cum cognata spirituali. Non ergo continet circumstantiam necessario fatendam. Et ita tenet Emmanuel Sa summa, verb. confessio. nu. 26. Et Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. 2. dubio vltimo, columna antepenultima, & summa de sacramentis, vbi de sacramentis penitentia. c. 19. folio. 63 r. §. digo lo segundo, asserit vtramque sententiam esse valde probabilem, & à viris doctissimis sustineri: ac ipse neutram definit.

3 Secunda sententia sustinet eam circumstantiam esse necessario in confessione delegendam. Ducitur ex cap. omnis. 30. q. 1. Quod est ex Symacho Papa, vbi hæc ait. *Omnes, quos in penitentia accepimus, ita filij nostri sum, vt in Baptismo suscepi. Ex quibus verbis colligit idem Pontifex ibi, Sacerdotem non debere fornicari cum muliere sibi consenti: & sic concludit. Quapropter hoc scelus si quis perpetraverit, non solum dignitatis honorem amittat: verum etiam ipsius exitum visa sua iugi penitentia se subdat. Et Celestinus Pontifex relatus. c. si quis Sacerdos. 30. q. 1. sic ait. Si quis Sacerdos cum filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se graue adulterium commississe. Et cap. finali. 30. q. 1. idem Pontifex sic inquit:*

Non debet Episcopus, aut presbyter commissuri cum mulieribus, qui ei sua faciunt peccata confessa. Si forte (quo absque hoc cogitavit, sic peccatit quomodo de filia spirituali; Episcopus quindecim annos; presbyter duodecim, & deponatur. Quare per. sic omnes, asserunt Dominicus. c. finali. n. 3. in fine, de cognat. spirit. in. 6. Et ibi Francus in fine. Palud. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. concl. 2. n. 7. & ibi Supplementum Gabrielis, q. 1. art. 2. conclus. 1. oritur ex sacramento penitentiae cognationem spirituales, non tamen ad effectum impediendi matrimonium. Quare cautè eo. c. fin. non dicitur simpliciter non oriri cognationem, sed cum addito, nimirum, ad effectum impediendi matrimonij. Atq; D. Thom. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. ad. 8. & Turres. 30. q. 1. in summa, art. 2. n. 4. dicunt contrahi quoddam sœdus simili cognationi spirituali: & inductam esse prohibitionem peccandi cum filia spirituali confessionis, ut tollatur peccandi occasio, quæ eò surgeret ex nimia familiaritate, quæ est inter confessarium, & penitentem, in manifestandis peccatis, & aperiendo corde. Si ergo est specialis prohibitio iure humano in textibus allegatis inducta, ob speciale sacramentum reverentiam, in quo contrahitur quædam familiaritas, & cor aperitur confessori, ipsique est debita quædam reverentia, & subiectio: peccatum fornicationis admissum contra hanc speciale prohibitionem in sacramento reverentiam statutam, habebit iure Ecclesiastico specificam sacrilegij malitiam, necessario fatendam. Sicut quod Ecclesia specialiter interdixit vinum de loco sacro extrahi: aut ibi peccata carnis committi: habent specialiter hæc sacrilegij circumstantiam necessario fatendam. Insuper erit quoddammodò incestus ratione illius cognationis contrahite. Et confirmatur, quia ob hanc rationem D. Thom. Palud. Turres. Supplementum Gabrielis, ibidem. Viguer. libr. institutionis, cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 8. sine Gallego de cognat. spirituali. c. 10. nu. 13. dicit esse tam grave nefas accedere ad filia confessionis, sicut ad filia Baptismi. At hic accessus habet secundum omnes circumstantiam specificam fatendam. Et addit Gallego esse incestum cum sacrilegio. Et Alexander de Nevo. c. finali, in fine, de cognat. spirit. ait minus peccatum esse huc accessum adulterij. Et Sorus. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. columna. 7. vers. quod si canonè, quantum dicitur peccatum hoc non esse incestum,

ait tamen esse grave sacrilegium. Præterea, quia Navar. lib. 3. consil. tit. de hereticis, in. 1. editione, consil. 1. n. 6. in. 2. consil. 2. n. 6. vocat scelus hoc incestum: & concordat cum Simancas in suis institutionibus, tit. 40. n. 15. dicens hunc Sacerdotè deponendum esse, ac graviter plectendum, non tamen per Inquisitores, sed per Ordinarium. Tandem, quia esto negetur eam circumstantiam mutare speciem, ac negari nequit notabiliter aggravare. Cum sit contra reverentiam sacramento debitam: tollitur enim reverentia, quam filij spirituales debent adhibere confessori: & est contra securitatem, quæ debet esse in illo arcano iudicio: ac inde arcentur homines in confessione. Quare omnes Doctores allegati sunt expressè huius sententia. Et in proprijs terminis docent esse circumstantiam necessariam fatendam, Tabiena verb. circumstantia, sine: & ibi Armilla num. 12. Viualdus Candelabro sacram. 1. p. vbi de confessione, n. 50. Ludovicus Lopez. i. p. in. structorijs. c. 35. columna. 4. §. secundo respondendo. Bartholomæus à Ledesma de sacram. penitentia, vbi de confessione, dubio. 10. columna penultima, addens esse speciale peccatum, quod ad incestum, vel sacrilegium reducitur: & quantumvis est circumstantia non mutare speciem, esse illam necessariam fatendam. Et Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 209. n. 1. Et Vega. 1. tomo summa. c. 55. casu. 19. aiunt circumstantiam hanc notabiliter aggravare, ac proinde necessario detegendam esse in confessione: iuxta sententiam docentem circumstantias notabiliter aggravantes esse necessario fatendas. Et Enriquez lib. 12. de matrim. c. 11. n. 1. ait circumstantiam hæc multum gravare. Et denique multi viri doctissimi neoterici huius sunt sententia.

Fateor mihi omnino placere hanc posteriori sententiam. Et ita censeo, circumstantiam hanc esse necessario fatendam, non solum tanquam notabiliter aggravantem, sed quia mutat speciem, & est speciale sacrilegium ratione specialis prohibitionis Ecclesiæ, & quodammodò incestus ratione vinculi similis cognationi ex eo sacramento contrahiti. Vt num. precedenti probavi: & sentiant ferè omnes ibi citati: ut eos referens annotavi.

Ad argumenta num. 2. proposita respondetur. Ad primum, & confirmatione constat ex dictis num. 3. vbi textus attuli, ex quibus probatur, aliquam cognationem spi-

ritalem contrahi, non tamen obstantem matrimonio. Et esto ea nõ contraheretur, sufficeret (vt ibi probavi,) specialiter hoc prohiberi in reverentiam sacramento. Ad secundum constat similiter ex dictis. Nam etiam ex penitentia oritur quædam cognatio. Et esto non oriretur, est discrimen, quod cum filia Baptismi, vel Confirmationis non sit specialiter prohibita copula, nisi in quantum ex eis sacramentis iure statutum est cognationem oriri: at in nostro ca-

su est specialiter interdicta ob sacramenti reverentiam. Ad tertium constat ex dictis. Ad quartum dic esse latam differentiam: quia alia peccata non opponuntur reverentiæ debite sacramento, ac confessorij, nec speciali prohibitionem interduntur. Ad ultimum dic, esto ea doctrina admittatur, non inde probari circumstantiam hanc non esse confitentiam: sed non esse tantæ malitiæ, ac coitum cum cognata spirituali.

DISPUT. QVINQVAGESIMASEXTA.

Quis actus in patris desideretur, vt cognationem hanc spirituales in Baptismo, & Confirmatione contrahant?

SUMMARIUM.

Non sufficit ad hanc cognationem responsio patris, nisi confirmatum, aut baptizatum teneat, dum hæc sacramenta suscipiuntur, aut hunc de sacro fonte levent. numer. 1.

Nec satis est, puerum ante Baptismum in sacro fonte tenere. n. 2.

Desideratur tenere in ipso Baptismo, aut immediate de manibus baptizantis suscipere. num. 3.

An satis sit quicquid, tactus, dum baptizatur puer, vel de sacro fonte leuatur. n. 4.

An sufficit a sacro fonte tunc tanquam susceptorè suscipi. n. 5.

An necesse sit puerum immediate tangere? numer. 6.

An desideretur responsio patris, vt cognationem hanc contrahendam? Refertur triplex sententia. n. 7. 8. 9.

Proponitur sententia auctoris. n. 10.

Soluntur argumenta. n. 11.

Onstat igitur inter Doctores, quos n. 7. & triplex sequenti referam, desiderari vt patris cognationem hanc spirituales contrahant, vt baptizatum, aut confirmatum teneant, dum hæc sacramenta conferuntur, nempe, dum aqua infunditur puero in Baptismo, vel in Confirmatione, dum ab Episcopo Christum vngitur: in quibus horum sacramentorum substantia consistit: aut statim ac pter in sacro fonte baptizatur, ipsum de sacro fonte levent. Nam tenet D. Antonino. 3. p. tit. 1. cap. 15. §. 3. In

aliquibus locis Baptismus celebratur per aquæ infusionem sustentantibus patris puerum: in alijs autem tenet puerum baptizans, & statim tradit patris. Conveniunt igitur Doctores, non satis esse ad hanc cognationem, vt patris respondeat in Catechismo pro baptizando: sed desiderari retentionem dum baptizatur, vel statim de sacro fonte susceptione. Quia textus hanc cognationem statuentes vtuntur his verbis, Suscipit, accipit, tenet, leuat, tangit. Vt constat ex primis quinque capitibus, & c. omnes. 30. q. 1. & ex c. 1. 2. 3. & cap. post susceptum. 30. q. 3. & ex cap. si quis, vnus. 30. q. 4. & ex cap. 2. ibi, De sacro fonte suscipit. Ex cap. Martinus, ibi, Filium de sacro fonte suscipit. Et ex cap. veniens, de cognat. spirit. Et ex c. 1. ibi, Qui eum suscipit. Et ex c. finali, ibi, Ad suscipiendum de Baptismo, de cognat. spirit. in. 6. Et ex Tridentino ses. 24. de matrim. c. 2. ibi, Baptizatum de Baptismo suscipit. Et paulo inferius, Quod si alij vltra designatos, baptizatum retigerint.

Hinc deducitur, non satis esse cathœmenum tenere super fontem ante Baptismum. Quia hæc cognatio non contrahitur nisi ex ipso Baptismi sacramento, quod nondum est. Ita docent Sorus. 4. d. 4. q. vnica, artic. 5. columna penultima. Bartholomæus à Ledesma de baptismo, dubio. 11. ad finem.

Nec quicunque leuantes de sacro fonte cognationem hanc contrahit, sed qui primum suscipiunt puerum de baptizantis manibus, vbi primum baptizatus est. Quare

accipientes de manibus susceptoris non contrahunt. Quia hi non dicuntur leuare de sacro fonte, sed ex manibus leuatis suscipere. Atque ita docent D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 1. 46. n. 386. & 387. Sotus. 4. d. 42. q. 1. art. 2. columna. 5. Viguierius libr. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 8. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 46. columna. 2. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. ubi de matrim. c. 51. columna. 4. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 1. n. 3. Vega 1. tomo summae. c. 33. casu. 41. sine. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. 3. columna antepenultima, ubi refert decretum congregationis Cardinalium, qui censuerunt existente cōsuetudine in Episcopatu Abulensi, vt cōmater non tangat infantem, donec compater leuarit de sacro fonte, & commatri tradat, commatrem non fieri cognatam spirituales in fatis: eod quod nō leuarit ipsum immediate.

4 Nec similiter fatis est quicumque tadus momentaneus digito, vel manu: sed exigitur patris sic infantem tangere, vt verē teneant, vel leuent ex sacro fonte. Hoc enim solum est verē esse susceptorē. Ita Sotus, Gaeta, Ludouicus Lopez nu. præcedenti allegati.

5 Displicet verò quod aliqui sentiūt, nimirū, dū adultus baptizatur, vel cōfirmatur, non opus esse contactu, sed sufficere assistentiam patris quasi in suā curā suscipientis. Ducuntur, quod tentio illa cæremonia sit, atque adultus per se stare possit. Ita docent Sotus, & Ludouicus Lopez num. 3. allegati. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, ubi de impedimentis dirimentibus. n. 5. vers. sufficit. Sed displicet. Quod contactus sit cæremonia necessaria ad contrahendam hanc cognationem: vt clarè significant textus nu. 1. allegati. Et docent omnes Doctores, quos. n. 6. & tribus sequentibus referam. Et Manuel. 1. tomo summae. 2. editione, cap. 226. num. 1. refert Cardinales declarasse esse necessarium contactum. Et Cardin. cap. veniens. n. 2. de cognat. spirit. & ibi Præpos. n. 2. quæst. 2. docent non fatis esse assistere patris, ac leuationi de sacro fonte cōnuere, nisi ipsimet leuent. Et Veracruz 1. p. Speculi, artic. 56. conclus. 7. & Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 11. num. 3. dicunt non contrahi cognationem à patris designatis, & assistentibus, nisi puerum

tangant. Præterea, quia nil refert, baptizatus, aut confirmatus, infans sit, qui in proprijs pedibus subsistere nequit, an adultus, qui per se stare valeat. Nam cæremonia susceptionis, ac sustentationis patris, induta non est ab Ecclesia ad supplenda corporis imbecillitatem, sed ad significandam infantiam & imbecillitatem spirituales, quasi in fide enim imbecillis, cōfirmatus indiget aliquo se sustentante. Vt docet D. Th. 3. p. q. 72. ar. 30. corpore: vnde in solutione ad. 1. dicit nil referre, si cōfirmatus sit corpore adultus, quia nondū est spiritualiter adultus. Si ergo hæc cæremonia non ferretur à patris, tenendo baptizatum, vel comatum, vel illum de sacro fonte suscipiendo, non obibunt patris munus modò ab Ecclesia instituto: ac proinde nec veri susceptoris erūt, nec spirituales cognatione ex eo munere cōsuetudine cōtrahent.

Non tamē desideratur, vt patris immediate puerum tangant: sed fatis est, quauis vestibus cōtactus sit. Quia illud est verē tangere, ac tenere. Ita docent Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. art. 1. columna. 2. vers. dicitur ex daione. Angelus verb. matrimonium. 3. impedimto. 7. n. 13. Sylu. matrimonium. 8. q. 7. dicto. 13. Rosella verb. impedimentum, impedimto. 6. n. 23. Et ibi Tabiena impedimto. 5. num. vlt. Armilla verb. matrimonium. n. 12. Viguier. lib. institutionum. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 8. Veracruz. 1. p. Speculi, ar. 56. in corollario, quod infert ex septima cōclusionē. Immo eadem ratione idē dicēdū est, si puerum patris teneant in quodam linteo. Ita Archid. c. fin. 30. q. 4. nu. 3. & ibi Bellamera. n. 2. Idem Archid. c. finali, in fine, de cognat. spirit. in. 6. & ibi Ioan. Andr. nu. vnico. Anchar. nu. 1. Dominicus n. 5. Francus. nu. 2. Turree. c. quod autem, nu. 2. 30. q. 4. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Cardin. c. veniens. n. 2. de cognat. spirit. & ibi Alexander de Neuo. nu. 7. Præpositus n. 4. q. 4. Rosella, & Sylu. proximè allegati. Sotus. 4. d. 42. q. 1. art. 2. columna. 5. & ibi Guillelmus Bonillong. q. vnica, artic. 3. initio. Bartholomæus de Ledesma de matrim. dubio. 46. columna. 4. §. annotare oportet. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, ubi de impedimentis dirimentibus. n. 5. vers. sufficit. Et eadem ratione sufficeret puerum in disco tenere. Quod benè docent Sotus, Bartholomæus à Ledesma, Emmanuel Sa ibidē. Vivald. candelabr. sacram. 1. p. ubi de matrim. n. 159. Ve-

ga. 1. tomo summae. c. 33. casu. 44. Ludouic. Lop. 2. p. instr. ubi de matrim. c. 51. columna. 4.

7 Difficultas autem eod pertinet, an sola illa suscepio Baptizati in ipso Baptismo, aut leuatio de sacro fonte sufficiat ad contrahendam hanc cognationem spirituales: an potius simul necessaria sit patris pro puero responsio dū Catechismus fit? Quia in re quatuor sunt sententiæ. Prima docet ita necessariam esse eam responsionem verbis expressam, vt non sufficiat signis. Ducitur ex c. prima igitur, de consec. d. 4. quod est ex D. August. i. d. glos. verb. cautione: & ex c. vos ante omnia, de consec. d. 4. quod est ex D. August. Ex quibus constat, patris fideiubere pro parulis. Vt autē sint fideiulores, verba sunt necessaria. l. i. ff. de verb. obligat. l. blanditus. C. de fideiul. Secundo, quia patris tenentur respondere, ac fidem profiteri pro parulo. d. c. vos ante omnia: & e. parullis, el. 1. de consec. d. 4. quod est ex D. Isidoro. Ergo ea responsione ore expressa deficienti, non erunt veri patris, nec subinde contrahent hanc cognationē. Et hanc sententiam fortē esse veram docet, Hostiens. summa, tit. de matrimonijs. §. qualiter contrahatur. n. 11. vers. sed cōtra. Archid. d. c. parullis. n. vnico, & ibi Bellamera starim n. 2. Et tenent Francus. c. 1. in princ. n. 2. de cognat. spirit. in. 6. Brunellus de sponsalibus, cōcl. 10. n. 19. Lancelotus Gaulial. l. 1. in princip. ff. de verb. oblig. Vnde inferunt Hostiens. Archid. Francus, Brunellus, mutam incapacem esse huius cognationis spirituales, quæ ex Baptismo oritur, ac ob eundē muneris patris in illo.

8 Secunda sententia fatetur, eā responsionem esse necessariam: dicit nō exigī verbis expressam, sed fatis esse signis responderi. Ita docent Dominicus. c. 1. in princip. nu. 12. de cognat. spir. in. 6. Alexand. de Neuo c. contra dō, in fine, & ibi Præpos. in fine, de cognat. spirit. Gaeta repet. c. ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 147. n. 388. §. 89.

9 Tertia sententia distinguit, dicēs, si baptizatus sit adultus, ac pro se respondeat, non esse patris responsionem necessariam: secus ubi est infans. Ita Henricus. c. veniens. n. 5. de cognat. spirit. Alciat. l. i. in fine principij. ff. de verb. obligat. Montalvus. l. 4. sine, tit. 7. p. 4.

10 Quarta, ac verissima sententia docet, per solam suscepiōnem cōtrahi, & nullatenus ad id responsionem patris desiderari.

Probatur ex c. 1. de cognat. spirit. in. 6. ubi ter sola suscepio ponderatur, ac dicitur contrahi cognationem spirituales. Atque omnia iura n. 1. relata mentionem faciētia de hac cognatione spirituales, solius suscepiōnis meminere. Secundo, quia responsio patris pro baptizato, ad Catechismum spectat, in quo hæc cognatio minime contrahitur: in Baptismo, ubi contrahitur, nulla est interrogatio, nec responsio. Tandem, quia. c. 2. de cognat. spirit. in. 6. & in Trident. sess. 24. de matrim. c. 2. parificantur cognationes ortæ ex Baptismo, & Cōfirmatione. At in hac contrahenda nulla patris verba sunt de essentia. Ergo nec in illa. Et ideo hanc sententiam sufficientem ex Iurisperitis Archid. c. 1. n. 4. vers. & eadem, de cognat. spirit. in. 6. Et ibi Ioannes Andr. n. 2. Anchar. n. 3. idem Anchar. c. Martinus, num. 4. de cognat. spirit. Dominicus conf. 130. n. vnico. Albericus in suo dictionario, litera I. verb. impedimentum. 6. vers. an filij duorum comapatrum. Astenis. 2. p. summa, libr. 8. tit. 18. artic. vnico, sine. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, libr. 4. tit. 7. q. 22. Monaldus summa, ubi de matrim. tractatu de cognat. spirit. tit. de fraternitate. Rosella verb. impedimentum, impedimto. 6. n. 21. Et ibi Supplementum summae Pfsanae, impedimto. 6. n. 12. Tabiena ibi, impedimto. 5. n. vlt. Angel. verb. matrimonium 3. impedimto. 7. n. 12. Sylu. matrimonium. 8. q. 7. dicto. 13. Armilla verb. matrimonium, n. 12. Nauar. summa Hispana. c. 21. n. 38. Coar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. nu. 7. Antonius Cucus lib. 5. in lit. maior. tit. 14. n. 12. Matie 50 lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, glos. 1. nu. 168. Gallego de cognat. spirit. c. 11. n. 2. & 5. Et ex Theologis Palud. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. concl. n. 6. & 10. Et ibi Nicolaus de Orbellis. q. 1. §. 3. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Sotus. 4. d. 42. q. vnica, art. 5. columna penultima: & d. 42. q. 1. ar. 2. colūna. 5. Ledesma. 2. p. 4. q. 8. art. 2. ad finem. Veracruz. 1. p. Speculi, artic. 56. conclus. 8. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 11. num. 3. Bartholomæus à Ledesma de Baptismo, du bio. 11. ad finem: & de matrim. dubio 46. columna. 3. notabili. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. ubi de matrim. c. 51. columna. 4. Petrus de Ledesma summa sacram. ubi de Baptismo. cap. vltimo, conclus. 4. Vega. 1. tomo summae. c. 33. casu. 42. Vivaldus candelabro sacram. 1. p. ubi de matrim. n. 162.

Ad argumenta numer. 7. proposita respondetur, in illis textibus sermonem esse de patris Cathecismi, in quo sunt interrogaciones, & nomine infantis respon-

det patrinus. At in Baptismo, in quo spiritualis cognatio dirimens matrimonium contrahitur, nulla est interrogatio, nec responsio.

DISPVT. QVINQVAGESIMASEPTIMA.

An cum plures duobus baptizatum, vel confirmatum tangunt, vel illum de sacro fonte leuant, vniuersi illi cognationem hanc spiritua-lem contrahant?

SVMARIYM.

AN actio iure antiquo culpa esset, & qualis, plures vno adhiberi patris in Baptismo, vel Confirmatione. n. 1.

An integrum erat Episcopo in hac dispensare. n. 2.

An eodem iure attentio omnes tangentes contraheret cognationem. n. 3.

Attento Tridentino possunt soli duo diuersi sexus, non tamen eiusdem sexus, adhiberi patris in Baptismo. n. 4.

An possint vir & vxor simul esse patris. n. 5.

An sit mortale plures duobus patris, aut duos eiusdem sexus esse. n. 6.

Apositis post Tridentinum Episcopus in hac dispensare. n. 7.

An post Tridentinum omnes tangentes baptizatum cognationem contrahant. n. 8.

An idem omnino circa numerum patris, & cognationem contrahendam, censetur dispositum in Tridentino circa Confirmationem. n. 9.

Quor difficultates suboriuntur circa hanc cognitionem post Tridentinum. n. 10.

An quando nulli patris designantur, omnes suscipientes contrahant cognationem? Refertur quedam sententia. n. 11.

Proponeitur sententia auctoritatis. n. 12.

An vbi plures duobus designantur, vel duo eiusdem sexus, & admittantur a parochia, contrahant cognationem? Refertur quedam sententia. n. 13.

Proponeitur sententia auctoritatis. n. 14.

Quid, si non omnes illi admittantur a parochia sed duo diuersi sexus, at omnes tangunt. n. 15.

Quid, quando parentes designantur patris, at parochus non pramissit diligenti inquirendi qui sint designati, & suscipere soli designati, vel alij plures. n. 16.

Quid, quando parentes duos designantur, parochus autem plures admittit, & omnes suscipere, vel soli a parochia admitti vltra parentum voluntatem. n. 17.

Quid, quando neutrum ex designatis, aut vnu solum admittit parochus, & ambo suscipere. num. 18.

Quid, quando parentes neminem designant, at parochus designauit. n. 19.

Quid, quando patris legitime designati non tetigerat, quidam alius non designatus tetigit. n. 20.

Quid, si ante Tridentinum plures patris designatis tetigerat, ac proinde contraxerat cognationem: an ea cognatio cessat post Tridentinum, ac proinde possint illi matrimonio iungi. n. 21.

In hac disputatione pramittitur, quare iure antiquo statuta sunt: & inde gradum faciam ad nouum Tridentini iure prescripta. Pramittendum igitur est, iure antiquo prescriptum esse, ne plures patris in Baptismo, vel Confirmatione adhibeantur: sed vnus solus, siue vir, siue femina. Vt constat ex cap. non plures, quod est Leonis Pontificis, de consecr. d. 4. & c. finali, de cognat. spirit. in 6. Quare vbi id preceptum non erat consuetudine abolitum, nonnulla culpa erat illud transgredi, duos, aut plures adhibedo patris. Quippe violabatur preceptum iustitiae, eaque ratione inducitur, ne cognatio spiritualis matrimonium dirimens inter tot personas oriretur. Dein de, quia cum munus susceptoris sit baptizatum instruere, eos ante omnia, de consecr. d. 4. oportuit vnum solum susceptorem adhiberi, ne multis instructoribus existibus, altero in alterum reijciere hoc onus instruendi, penitus negligere. Vulgare enim proverbium dicitur, vbi est multitudo, ibi esse confusio. Preterea, quia cognatio spiritualis naturalem imitatur, in qua est vnus pater. Atque ideo culpam esse, vbi consuetudo non exculpat, asserunt Additio ad glossam. c. finali, verb.



In hac disputatione pramittitur, quare iure antiquo statuta sunt: & inde gradum faciam ad nouum Tridentini iure prescripta. Pramittendum igitur est, iure antiquo prescriptum esse, ne plures patris in Baptismo, vel Confirmatione adhibeantur: sed vnus solus, siue vir, siue femina. Vt constat ex cap. non plures, quod est Leonis Pontificis, de consecr. d. 4. & c. finali, de cognat. spirit. in 6. Quare vbi id preceptum non erat consuetudine abolitum, nonnulla culpa erat illud transgredi, duos, aut plures adhibedo patris. Quippe violabatur preceptum iustitiae, eaque ratione inducitur, ne cognatio spiritualis matrimonium dirimens inter tot personas oriretur. Dein de, quia cum munus susceptoris sit baptizatum instruere, eos ante omnia, de consecr. d. 4. oportuit vnum solum susceptorem adhiberi, ne multis instructoribus existibus, altero in alterum reijciere hoc onus instruendi, penitus negligere. Vulgare enim proverbium dicitur, vbi est multitudo, ibi esse confusio. Preterea, quia cognatio spiritualis naturalem imitatur, in qua est vnus pater. Atque ideo culpam esse, vbi consuetudo non exculpat, asserunt Additio ad glossam. c. finali, verb.

contrahitur, de cognat. spirit. in 6. & ibi Ioannes Andreas, ad finem, Dominicus ad finem, Ancharranus. n. 1. Francus num. 2. Archid. statim in principio: & c. finali. 30. q. 4. statim in principio: & ibi Bellamera statim in principio. Sotus. 4. d. 42. q. 1. artic. 2. columna. 5. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 6. num. 4. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 7. dicto. 1. r. Hac autem culpam solum venialem esse, ed quod non tanti momenti sit prohibitio haec, non immerito testantur Additio ad glossam, Ioannes Andreas, Dominicus, Anchar. Rosella, Sotus proxime allegati. Immo id multis in locis consuetudine non feruari affirmant ferè omnes Doctores allegati.

Vtrum autem posset Episcopus dispensare, vt plures adhiberetur patris, non constat inter Auctores. Quidam enim assererent. Eo quod non reperitur specialiter prohibita dispensatio. Sic Francus, & Sylu. n. praecedenti relati. Angel. verb. matrimonium. 3. impedimento. 7. n. 19. Tabien. verb. impedimentum, impedimento. 5. n. 3. q. 2. conclusionem. 6. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Ledesma. 2. p. 4. q. 58. ar. 2. columna penultima, verbi ad quod dico. Gaeta repetitio, n. cap. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 140. numer. 3. 48. Praeposito relato Zocho, cap. veniens, in fine, de cognat. spirit. vbi id ratione consuetudinis tueretur. Alij verò negant. Quòd iure id interdictum sit, nec reperitur concessa Episcopis dispensatio. Ita Alexander de Neuo. c. contractio. n. 16. de cognat. spirit. Vtra harum opinionum placeat, dicam. n. 7.

Secundo pramittendum est, attentio iure antiquo, quotquot baptizatum, vel confirmatum tangantur, dum haec sacramenta ministrantur, quauis precepti huius transgressores essent, contraxissent cognationem spirituaalem hanc impedientem, ac dirimentem subsequens matrimonium. Vt expresse deciditur. c. finali, de cognat. spirit. in 6.

Nouissimè autem Tridentini decreto sels. 24. de matrim. c. 2. vtrumque correctum est. Nam primò ibi permittitur, vt possint ad summum esse duo patris, vir, scilicet, & mulier ibi. Sancta Synodus statuit, vt vnus tantum, siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum canonum statuta, vel ad summum vnus & vna baptizatum de Baptismo suscipiant. Vbi obseruandum est, minime permillum esse, vt duo viri, duaeve feminae munus patris obeant: sed si duo adhibeantur, diuersi sexus esse debent.

Et ita animaduertunt. Antonius Cucus dicens ita de clausula Cardinalis lib. 3. institucionum maiorum, tit. 2. n. 90. & tit. 14. num. 25. Toledo lib. 2. summa. c. 23. n. 4. Suarez. 3. p. q. 67. ar. 8. columna. 2. §. fed quares. Gallego de cognat. spirit. c. 7. n. 9. Et ratio est congruentissima: vt generatio spiritualis carnalem imitetur, in qua nec duo patres, nec duae matres reperiuntur, sed vnus pater, & vna mater.

Sed quares, an patris hi possint esse simul maritus & vxor alienae sobolis? Eos enim peccare venialiter asserunt Suarez. 3. p. q. 67. ar. 8. col. 3. §. secundo explicat. Quia licet Verbanus II. c. finali. 30. q. 4. dicat nulli libi repetiri prohiberi, at ipse de cernit, vt id efficere minime presumant, propter maiorem decentiam. Cum tamen materia sit leuis, eius transgressio est venialis. Quòd si vsu contrarium receperunt, facile à culpa veniali posse excusari asserit. Et id esse interdictum docet etiam Gallego de cognat. spirit. cap. 9. num. 8. Verum nullam esse culpam existimo. Tum, quia consuetudine id obseruari videmus. Tum etià, quia attentio iure antiquo posse vtrumque coniugè simul eo munere fungi, licet non ita decens sit, affirmat D. Thomas. 4. d. 42. quaest. 1. artic. 3. quæstionum. 2. ad 4. Et tamen videt textum Verbanus citatum, illum enim asserit Magister in littera. Maioris ea. d. 42. quaest. vnica, ad finem. Atestis. 2. p. summa, lib. 8. tit. 18. artic. vnico, quaest. 5. Angelus verb. matrimonium. 3. impedimento. 7. n. 9. Sylu. verb. matrimonium. 8. q. 7. dicto. 10. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 6. num. 8. & ibi Tabiena impedimento. 5. num. 3. q. 2. conclusi. 7. Et post Tridentinum id licere affirmant Nauar. summa Latina nouiori, cap. 22. n. 39. Vidualus cadelabro sacram. 1. p. vbi de matrimon. nu. 153. Et vbi de Baptismo. n. 69. Emmanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. n. 5. verbi potest quis. Ludouicus Lopez. 2. p. instructi. vbi de Baptismo. c. 62. §. secundo recolendum est.

Insuper potest dubitari, an transgressio huius precepti adhibedo plures patris, sit mortalis? Nam Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 226. n. 1. Et Vega. 1. tomo summa. c. 33. casu. 39. affirmant parochum plures patris admittentem reum esse culpe lethalis. Atque idem subinde dicent, si duos viros, aut duas feminas admitteret. Cui idè preceptum transgrediretur.

At id nō credo. Quōd eodem rigore prohibuit fuerit antiquo iure plures adhibere paternos: in iudō Tridentinum noui prohibitionem non addiderit, sed solū antiqua sacrorum canonum instituta seruari præcepit: permittens tamen duos diuersi sexus adhiberi paternos. Vt cōstat ex illis verbis. *Iuxta sacrorum canonū instituta.* At eam prohibitionem non esse tanti momenti, vt obliget ad culpam mortalem, diximus. num. 1. Ergo nec modō sub lethali obligabit: eō vel maximē quōd præcipua huius prohibitionis ratio fuerit, ne cognatio spiritalis multiplicetur: & sit valde probabile omnes alios vltra duos tangentes, eam non contrahere. Vt dicemus. n. 14. ex aliquorum sententia. At que ita post Tridentinum non esse mortalem, docet Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de matrim. c. 51. columna. 4.

7 Existimo autem non posse Episcopum dispensare, vt plures duobus patrini adhibeantur, vel vt ij sint duo viri, aut duæ feminae contra Tridentini præscriptū. Quia Doctores affirmantes olim potuisse Episcopum, quos n. 2. retuli, si attento iure loquerentur, minus benē sentiebant. Quia verisimili sententia habet, in præcepto Pontificis, aut Concilij generalis nō posse Episcopū dispensare, nisi ea facultas sibi expressē concedatur: aut femel, aut iterum, quando necessitas vrget, nec patet ad Pontificem aditus: (vt lib. sequenti dicemus.) At in hoc casu nulla potest vrgerē utilitas, nedum necessitas: & nullibi facultas dispensandi in eo inuenitur Episcopis concessa. Si autem consuetudine innitebantur: (vt num. 2. ex Præposito retuli,) benē sentiebant: at iam Tridentinum prohibitionem illam innouans, aboleuit veterem consuetudinem. Et ita videmus id decretum vsu seruari. Atque ita sentit Gallego de cognat. spirit. c. 7. n. 9.

8 Secundo quoad contrahendam cognationem spirituales, correctum est idē ius antiquum contentum. c. finali, de cognat. spirit. in. 6. per Trident. sec. 24. de matrim. c. 2. ibi. *Parochus antequam ad Baptismū conferendum accedat, diligenter ab ijs, ad quos spectabit, sciscitetur, quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiat: & eos, vel eum tantum ad illum suscipiendū admittat. Quod si alij vltra designatos baptizari retigerint cognationē spirituales in nullo pacto contrahant.* Quare attento hoc decreto illæ solæ personæ baptizatum suscipientes contra-

hent hanc cognationem, quæ sunt ad hoc munus specialiter designatæ: per eos, ad quos eas eligere spectat, & per parochum ad idē munus fuerint admissæ. Vt expressē habetur in eo decreto.

Sed dubitabis, an omnia statuta in eo decreto Tridentini. c. 2. 7. habeat locum in patrino Baptismi: ac proinde in patrino Confirmationis maneat ius antiquum in suo robore: ac idē vnus solus possit in ea adhiberi patrinus: & quotquot cōfirmatum tetigerint, contrahant cognationem: prout iure antiquo decisum erat. c. finali, de cognat. spirit. in. 6. Et ita esse, id videtur persequere. Quōd tūm hoc decretum correctorium iuris antiqui sit, debet restringi, nec ampliari potest vltra terminos, in quibus loquitur. At de solo Baptismi patrino loquitur. Et confirmatur, quia in d. c. 2. sine, habetur sermo de Confirmatione, & solum sic dicitur. *Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusq; patrem, & matrem, ac tenentem non exhereditatur.* At quando textus idem prorsus quod de Baptismo statuerat, vult in Confirmatione seruari, id explicat. Vt constat ex. c. finali, de cognat. spirit. in. 6. ibi. *De Confirmatione insuper quantum ad hoc, idem iudicium est habendum.* Et. cap. 1. in fine, eodem tit. in. 6. dicitur idem. Profecto negari non potest, rem hanc non esse claram, sed difficultatem habere. At existimo idē omnino voluisse Tridentinum quoad omnia statuere in patrino Cōfirmationis, neq; posse adhiberi duos paternos diuersi sexus: ac nullum alium tangentem, præter paternos designatos, hanc cognationem contrahere. Ducor, quōd clara mens Tridentini fuerit, eodem modo vtramque cognationem restringere: vt constat ex præmio, vbi declarat velle se impedimentum cognationis restringere. Constat etiam ex fine, vbi cognationem ortam ex Confirmatione ad easdem prorsus personas restringit, ad quas restringeret cognationem ortam ex Baptismo. Vnde aperta eius mens eodem prorsus modo vtramque cognationem coarctare colligitur. Quod vti que minimē fieret, si omnes confirmatum tangentes contraherent. Cū non omnes tangentes baptizatum, sed solum designati contrahant. Et ita huius sententia videtur aperte Nauar. summa Latina, cap. 22. numer. 40. notabili. 3. vbi ait, eodem modo esse restrictam cognationem ortam ex

Baptismo, & ex Confirmatione. Et subdit totum caput finale, de cognat. spirit. in. 6. restringi per Tridentinum. Cū ergo decisio d. cap. finali sit, vt omnes tangentes in Baptismo, vel Confirmatione cognationem contrahant: in vtroque sacramento est id restrictum per Tridentinum ad solos paternos designatos. Nam aliis nō esset verum, totum id caput finale restrictum esse. Eiusdem sententiæ est aperte Suarez. 3. p. q. 72. ar. 10. ad finem, vbi postquam dixit, vnum solum debere esse susceptorem in Cōfirmatione, & si plures adhibeantur, omnes cōtrahere: subdit hoc, & alia, quæ pertinent ad hanc cognationem, limitanda esse iuxta tradita in Tridentino d. c. 2. & q. 97. ar. 8. sine, vbi postquam retulerat omnia statuta circa Baptismi paternos, & cognationem. d. c. 2. concludit eadem in Confirmatione dicenda esse. Et Toledo lib. 2. summa. c. 24. n. 11. dicit in Confirmatione posse adhiberi vnum, vel duos paternos, sicut in Baptismo. Atq; ita senescit decretum Tridentini de vtroque sacramento: quæ intelligi aliis vnum solum patrinum adesse liceret in Confirmatione: prout iure cōmuni statutum erat. Vt diximus num. 1.

10 Septē autē specialiter difficultates breuiter enodandæ insurgunt circa id Tridentinum decretum, scilicet. 24. de matrim. c. 2. Prima, an si nulli patrini designentur, omnes tangentes contrahant hanc cognationem? Secunda, quid si plures duobus designentur, aut duo viri, duæve feminae? Tertia, quid, quando parentes designarunt paternos, at parochus non inquisiuit quinā designati essent: & accesserunt ad suscipiendum designati, & quidam alij? Quarta, quando parentes designarunt duos paternos, at parochus plures admisit, & omnes tetigere, vel à parochus admisi? Quinta, quid, quando neutrum ex designatis, vel vnum solum admisit parochus, & tamen ambo susceperunt? Sexta, quid, quando parentes neminem designarunt, at parochus duos, aut plures designauit? Septima, quid, quando patrini legitime designati non tetigere, at quidam alius non designatus tetigit?

11 Circūprimam difficultatē, quando nulli designantur, quidam censent omnes tangentes baptizatum contrahere hanc cognationem. Ducuntur, quōd à iure antiquo recedendum minimē sit, nisi quoad excep-

ta in nozo. l. præcipuus. C. de appellat. Causa enim omiffus remanet in iuris antiqui dispositione. l. commodissimē. ff. de liber. & posthum. At Tridentinum nil dispositioni in casu, in quo nulli patrini designati sunt, sed solum expimit casum, in quo aliquibus designatis, alij tangunt. Ergo vbi nulli designati fuere, standum est iuris antiqui dispositione, cap. finali, de cognat. spirit. in. 6. vbi decidebatur, omnes tangentes contrahere. Et ita fulfient Nauar. summa Latina, cap. 22. num. 39. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 11. num. 3. Emanuel Sa summa, verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, num. 5. vers. cognatio spiritalis. Philiarchus de officio Sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 2. c. 11. Grassus. p. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 85. n. 4. Viuald. candelabr. sacram. 1. p. vbi de Baptismo. n. 70. Petrus de Ledesma dicens ita tenuisse viros doctissimos etiam ex ijs, qui Concilio Tridentino interfuerunt, de matrim. q. 56. ar. 3. §. est aliud dubium annexum. Ludouicus Lopez. 2. p. instructorij, vbi de matrim. c. 51. columna. 3. Et vbi de Baptismo cap. 62. §. ex prædictis sequitur. Hanc etiam partem probant, quæ num. 20. asseram.

Quoniam autem existimem prædictam sententiam esse valde probabilem: at probabilius credo neminem tunc contrahere hanc cognationem. Quōd Tridentinum ne cognationis huius impedimentum multiplicaretur, & vt certi essent illud contrahentes, tanquam conditionem vt veri essent patrini, suscipientes baptizatum, petit eos designari ab ijs, quibus incumbit. Ergo deficienti designationis conditione, non sunt veri patrini: ac subinde nec huius cognationis participes. Et confirmatur, quia aliis non vitaretur cognationis multiplicatio, & susceptorum incertitudo: quæ Tridentinum vitare voluit: atque proinde illius decreti mens frustraretur. Secundo, quia Tridentinum eo. cap. 2. in fine, sic concludit. *Omnibus inter alias personas huius spiritalis cognationis impedimentis omnino subleatis.* Cū ergo personæ ibi contentæ huius cognationis participes nominentur patrini designati ad id munus obeundum: omnes personæ, quæ designatæ non sunt, minimē erunt capaces illius. Et confirmatur, quia mens Tridentini fuit, vt ex præmio eius capit. 2. constat, omnino coarctare ius antiquum de hac cogna-

foli
4. m. 2. c.
Pululo. ex. Char. hi. Sor. D. Remano. et. Arbor

tionē contrahenda loquens, vt tantūm extendatur ad personas in eo decreto contentas: & ita concludit omnino auferri in ter alias, præter ibi numeratas. At patrini non absolute ibi numerantur, sed cum ea qualitate, vt designati sint. Nemine ergo designato, à nullo contrahetur ea cognatio. Tertio, quia decretum irritas semper inducit nouam actus formam. Vt ex alijs probat Felinus cap. cum dilecta, numer. 6. in quinto signo, de rescrip. Et eodem numer. 6. ampliatione. 1. regulæ probat cum alijs, non solum si fiat aliquid contra formam substantialem, sed etiam si fiat præter, esse irritum. Cum ergo decretum Tridentini irritet cognitionem inter paternos non designatos, petet designationem, tanquam formam, qua non seruata corrumpit cognatio. Tandem, quia dispositio Tridentini restringens hoc impedimentum ad pauiores personas, non tanquam odiosa, & restringenda, est concipienda, sed tanquam fauorabilis, & proinde extendenda. Quauis enim corrigatius commune, at reducit matrimonium ad suam primitiua naturam, iuxta quam validum erat inter omnes eas personas: & coarctat eius impedimentum dirimens. Edictum enim de matrimonio nõ contrahedo est odiosum, cap. licet ex quadam, de testibus, cap. cum apud, de sponsalib. Insuper tendit ad vitanda scandala, ac peccata ex prohibitionum multitudine pullulantia: vt ex eius cap. 2. præfatione constat. Atque ideo Pius V. in quodam proprio motu declarauit eam Tridentini restrictionem non de sola cognatione in posterum contrahenda accipiendam esse, sed etiam de contracta ante illud decretum. Contraregulam textus, cap. 2. de constitut. quæ habet constitutionem sola futura respicere. Nil mirum ergo si censeamus illud decretum extendendum esse, vt iuxta illud cognatio hæc non contrahatur, vbi patrini designati non sunt. Et ex his constat ad contraria sententiæ argumentum. Clarè enim Tridentinum non omisit hunc casum, sed petijt tanquam conditionem, & formam, patrinorum designationem. Et ideo huius sententiæ sunt Gallego de cognat. spirit. cap. 12. numer. 9. & sequentibus. Suarez. 3. part. quaest. 67. artic. 8. in fine. (At immerito appellat contrariam sententiam falsam, cum sit valde probabilis.) Manuel 1. tomo summa, secunda editio, capite 226. numer. 1. notabi-

li. 3. Vega. 1. tomo summa, cap. 33. casu 40. sine.
Circa secundam difficultatem, quando plures duobus patrini designantur: 13
aut duo viri, duæve feminae, contra præscriptum Tridentini sels. 24. de matrim. c. 2. Aliqui celsent omnes illos si à parcho admittantur, contrahere hanc cognationem. Quia Tridentinum prohibens pluriu admissionem, aut duorum eiusdem sexus, non irritat si aduersus id decretum. Sicut cap. finali, de cognat. spirit. in. 6. & cap. non plures, de consecrat. d. 4. similiter prohibebatur pluriu admissio: & tamen eo. cap. finali decisum erat non irritari contrarium factum: sed omnes cognationem hanc contrahere. Et confirmatur, quippe Tridentinum eo. cap. 2. id statuens, eosdem sacros canones confirmauit, addens posse vnum, & vnam in patris adsumi. ibi. *Vt vnus tantum, siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum canonum instituta.* Ergo eodem modo intelligendum est, quo illi. At illi non irritant pluriu admissionem, sed solum inter dicebant. Secundo quia in omnibus designatis, & admissis à parcho inueniuntur omnes conditiones petite in Tridentino ad hanc cognationem. Cum vera designati sint ab ijs, quibus incumbit, admissi que à parcho. Ergo licet cum peccato admittatur, contrahent. Tertio, quia communis Doctorum sententia. In non dubium. C. de legibus, cum Bartolo. l. pratorat. n. 3. ff. de noui operis nunciat. tradit actum gestam contra legem esse firmum, vbi lex non adijcit decretum irritans, peccatumque erga transgressores indicit. Quod in hoc Tridentini decreto reperitur: iubet enim parcho, ne plures quam duos admittat, nec addit decretum irritans: ac iubet eum plures admittentem puniri arbitrio ordinarij. Tandem, quia post prohibitionem admissionis pluriu, quam duorum patrinorum diuersi sexus, vbi Concilium adijcit clausulam irritantem, solum comprehendit tangentes non designatos: quod si veller irritare factum, quando plures duobus designarentur, facile id posset exprimere, dum dixit, *Quod si alij ultra designatos, addens vltra duos designatos.* Cum ergo id non expresserit, signum est noluisse irritare. Et ita docent Nauar. summa Latina, cap. 22. numer. 39. & libr. 4. consilii. de cognat. spirit. in. 1. editio, consilio vltimo. n. 2. in. 2. verò, consil. 7. nu. 2.

Emma.

Emmanuel Sa summa, verb. matrimoniu, vbi de impedimentis dirimentibus. nu. 5. vers. cognatio spiritualis. Manuel. 1. tomo summa, secunda editio, cap. 226. nu. 1. notabili 4. Vega. 1. tomo summa, cap. 33. casu. 39.
14 Sed Suarez. 3. p. q. 67. ar. 8. columna. 2. §. sed quæres, duo dicit. Primum est, si non simul omnes suscipiant illum puerum, ille solus contrahet hanc cognationem, qui primò baptizatum susceperit, vel ad summum duo, si fuerint vir, & femina. Nam vera illi tantum sunt susceptores: & quando iam accedit tertius, ministerium illud iam exhibitum est, iuxta Tridentini formam. Quomobrem reliqui iam non sunt capaces illius ministerij: ac proinde non contrahent cognationem. Quod idem docet Palacios. 4. d. 4. 2. disput. vnica, colu. na. 26. vers. & quidem, folio. 927. & valde mihi placet: nec credo esse contra sententiam num. præcedenti relata. Secundo dicit Suarez ibidem, si illi plures designati simul suscipiant, probabile esse, nullum eorum contrahere. Quia nullus eorum munus illud obit eo modo, quo ab Ecclesia statutum est, ac proinde nullus est verus, ac legitimus susceptor. Tridentinum enim hoc restringit ad illum, qui fuerit vel totalis susceptor, vel ita partialis, vt solum habeat alium socium diuersi sexus. Et in hæc partem magis inclinat: quauis dicat alijs probabile videri posse omnes contrahere: & ideo quia res est dubia, abstinendum esse à matrimonio. Ad hoc non ita mihi placet, sed multo verius esse reputo, omnes illos contrahere eam cognationem. Quod sustinent Doctores num. præcedenti relati: & ibi latè probaui. Et idem sustinet Palacios proximè allegatus. Nec obstat id munus obiri ab illis eo modo, quo Tridentinũ præcepit. Quia nõ statuit eum modum suscipiendi formam, & conditionem requisitam ad contrahendam cognationem. Vt probaui num. præcedenti.
15 Quod si plures illi susceptores non admisi fuerint à parcho, aut si sint eiusdem sexus, sed vnum & vnam admittat, alios repellens, iuxta præceptum Tridentini: illi soli contrahent, quos parochus non repulerit. Et ita Doctores num. 13. allegati cautè dixerunt plures illos à parentibus designatos contrahere, si admisi sint à parcho. Erratio est. Quia eò ipsò quod parochus Tridentini præceptum exequens, expellit alios, præter duos diuersi sexus, censetur

illi expulsi, perinde ac si designati non essent. Cũ parochus incumbat in dagare, qui patrini designati sint: & ita eos admittere, vt seruentur numerus patrinorum, & diuersitas sexuum, præcepta in Tridentino.
16 Circa tertiam difficultatem, quando parentes designant siue duos, siue plures paternos, at parochus non præmittit diligentiam præscriptam in Tridentino, inquirendo qui designati essent, vt legitimos admitteret, alios expellens: credo omnes à parentibus designatos contrahere: reuera sententia, quam num. 14. tenuimus. Quia in illis reperitur conditio necessaria in patris, cum verè designati sint ab ijs, quibus incumbit designare: nec expulsi sunt à parcho, qui numerũ debium excedebant, vt sic censetur designatio ablatã. Nec vt admittantur à parcho, ponitur in Tridentino. d. cap. 2. tanquam forma, & conditio necessaria, vt illi contrahant: sed præceptum illud inquirendi qui sint designati, imponitur parcho, vt noverit qui designati sint, eorumque nomina in libro scribat. Quod vel inde constat. Quia in clausula irritanti solum dicitur sic. *Quod si alij vltra designatos baptizatum susceperint.* Tridentinum enim hoc restringit ad illum, qui fuerit vel totalis susceptor, vel ita partialis, vt solum habeat alium socium diuersi sexus. Et in hæc partem magis inclinat: quauis dicat alijs probabile videri posse omnes contrahere: & ideo quia res est dubia, abstinendum esse à matrimonio. Ad hoc non ita mihi placet, sed multo verius esse reputo, omnes illos contrahere eam cognationem. Quod sustinent Doctores num. præcedenti relati: & ibi latè probaui. Et idem sustinet Palacios proximè allegatus. Nec obstat id munus obiri ab illis eo modo, quo Tridentinũ præcepit. Quia nõ statuit eum modum suscipiendi formam, & conditionem requisitam ad contrahendam cognationem. Vt probaui num. præcedenti.
17 Quod si plures illi susceptores non admisi fuerint à parcho, aut si sint eiusdem sexus, sed vnum & vnam admittat, alios repellens, iuxta præceptum Tridentini: illi soli contrahent, quos parochus nõ habuit legitima expellendi causam. Qualis esset, si ambo esset eiusdẽ sexus, & vnũ solũ admittentes: aut si essent religiosi, aut hæretici, quibus esse paternos interdicitur. Quia verè, & legitimi designati sunt: & admissio parochi non est de essentia. (Vt probaui nu. 16.)

A a 4 At

At si parochus utrumque, aut alterum legitime expulisset, ac contra eius voluntatem se ingereret, puto cum non contrahatur. Per ea, quae numer. 15. sine dixi.

19 Circa sextam difficultatem, quando parentes, aut ij, quibus incumbit, neminem designant, ac parochus duos, aut plures designavit: credo hos contrahere. Quia cum parochus incumbat cauere, ut Baptismus legitime iuxta caeremonias ab Ecclesia institutas ministraretur, quarum vna est adhibere patrum: eo ipso quod nullus est designatus, ipsi incumbit designare patrum: ac proinde in designatis per ipsum verificatur conditio assignationis petita à Tridentino. Atque ita videmus vsu receptum in Confirmatione, dum enim Episcopus multos pueros confirmat, non solent parentes designare patrum: sed Episcopi designant aliquem, qui id munus erga omnes confirmandos obeat.

20 Circa vltimam difficultatem, quando nullus ex designatis in patrum pueri suscipitur, sed quidam non designatus: possit alicui videri hunc contrahere. Quia cum nullus ex designatis id munus exequutus sit, puerum suscipiendo, perinde est, ac si nullus fuisset designatus. In quo euentu valde probabilis opinio num. 11. relata affirmat omnes tangentes contrahere. Secundò, quia dum Tridentinum statuit neminem præter designatos contrahere cognitionem, verè intelligitur quando designatio suum effectum sortita est. Noluit enim Baptismus solemnem carere patrum, quando designatio inefficax fuit. Et confirmatur ex illis verbis, *Quod si alij ultra designatos tetigerint*. Vbi clarè Tridentinum loquitur, quando designati tetigerint. Praepositio enim, *Ultra*, ex vi suae significationis denotat personas, quibus ipsa praepositur, exercere etiam actum per verbum denotatum. Quod clarè tenet Enriquez libr. 12. de matrim. cap. 11. nu. 3. vbi ait, vnum solum tenentem infantem,

quauis non sit à parentibus designatus, sed ipsis inuitis id munus obeat, effici verum patrum: ac contrahere hanc cognitionem. At quauis hoc valde probabile sit: probabilis tamen exillimo illum non effici verum patrum, nec contrahere cognitionem. Quòd ei deficiat qualitas assignationis, quam nu. 12. diximus esse necessariam. Et licet verba illius decreti Tridentini videantur supponere designatos tetigisse, ponderata significatione illius particulae, *Ultra*, at re vera id non supponunt, sed petunt designationem, tanquam conditionem necessariam: & sensus illius praepositionis, *Ultra*, est, id est, præter, ut sit sensus, nulli tangentes contrahunt, nisi à parentibus assignentur.

Tandem dubitabis, an plures patrum designati, qui ante Tridentinum contraxerant cognitionem, eò quòd pueri susceperant in Baptismo, vel Confirmatione, modò maneant eadem cognatione deuinici? Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 56. art. 3. §. mihi videtur, quòd in isto casu, affirmat in illis manere eandem cognationem. Quia quauis Pius V. (vt diximus disput. 54. num. 14.) restrictam esse declararit per Tridentinum, etiam cognationem ante illud contractam, vt in posterum abolita sit in illis personis, quæ non numerantur in Tridentino sess. 24. de matrim. cap. 2. vt illam contrahat. At personæ patrum, quales verè fuerunt omnes illæ tangentes plures designatis, ibi numerantur. Sed verus est, adhuc non perseverare in illis dictam cognationem, sed per Tridentinum abolitam: atq; adeò posse illos absque dispensatione matrimonio copulari. Quia Tridentinum non numerat quoscunque tangentes, vt nunc contrahant, sed cum ea qualitate, vt ab ijs, quibus incumbit, designati sint. Atque ita sentiunt Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 46. pagina. 1497. Manuali. 1. tomo summae. 2. editione. c. 216. n. 1. notabili. 3.

DISPUT. QVINQVAGESIMA OCTAVA.

An ad contrahendam cognationem spiritualem exigatur aliqua intentio in patris vltra externam baptizati, vel confirmati susceptionem?

SVMMARIUM.

1. **Q**uotplex possit esse patrum intentio, nu. 1.

2. An acciderent aliqua intentio? Refertur duplex sententia, nu. 2. & 3.

3. An horis sententia explicatur, nu. 4.

4. Qui solum materialiter tenet puerum, nõ equam patrum, nõ contrahit cognationem, nu. 5.

5. Quid, quando error dicitur patrum lenat filium cuiusdam, putans se alterius filium lenate, an contrahat cognationem? Refertur quaedam opinio, nu. 6.

6. Proponitur sententia auctoritatis, nu. 7.

7. An credatur iuramento patrum testantis de factum intentionistam, nu. 8.

8. Satis sit argumentis, nu. 9.

1. **D**uplex potest in patris desiderari intentio. Altera contrahendæ paternitatis spiritualis. Altera autem suscipiendi infantem, exercendo caeremoniam ab Ecclesia institutam: hoc est, efficiendi quod ex Ecclesia institutum efficiunt patrum. Dubium ergo est, vtra harum intentionum desideretur.

2. Aliqui censent, vltra susceptionem, exigunt intentionem contrahendæ paternitatis spiritualis. Probant ex l. 1. & l. in omnibus negotijs. §. ff. de adion. & oblig. ex quibus constat ex consensu oriri obligationem, & absq; illo nullam contrahi. Secundò, quia volens vouere, non tamen obligari, non astringitur iuxta veriorem sententiam, voti obligatione. Ergo similiter volens suscipere puerum in baptismo, nolens tamen astringi vinculo paternitatis, non astringitur. Tertio, quia expressis verbis, & quocunque actu exercito, absq; vero animo inuendi matrimonij, illud minimè iniur. c. tua nos, de sponsal. Quarto, quia procurator tenens nomine alterius in baptismo, non contrahit cognationem spirituaalem, de sese intentionis: iuxta veriorem sententiam, quam disput. sequenti amplectemur: cum tamen verè tenere intendat. Non ergo hæc intentio sufficit, deficient intentione paternitatis contrahendæ. Ita tenent Dominicus consil. 130. nu. vniuerso, & consil. 110. n. 5. & 6. Philippus Probus additione ad Monachum. c. vnico, de desponsal. impub. in. 6. & ibi Francus in principio. n. 2. dicit fortè hoc esse verum.

3. Alij verò nullam in patris intentionem postulant, sed dicunt in illis oriri hæc cog-

nationem, si infantem suscipiant, velint, nolint. Quia Ecclesia intendit super illos eam susceptorum obligationem inducere, ac per consequens vinculum cognationis inde confurgens: ne baptizati, aut confirmati maneant ea cura destituti. Secundo, quia affinitas ex copula carnali, absq; alia intentione, imò quauis copula sit proflua violenta, necessario oritur: & similiter cognatio carnalis ex eiusdem sanguinis participatione. Ergo idem dicendum est de cognatione spirituali, quæ naturalem imitatur. Tandem, quia quæ sunt ex Ecclesia instituta, non pendunt ex subditorum intentione. Et idèd hanc sententiam sustinent, Gallego de cognat. spirit. c. 14. nu. 7. Ludouicus Lopez. 2. p. in stru. d. orij, vbi de matrim. c. 51. col. 6.

4. At dicendum est, non desiderari vt susceptor intendat cognationem aliquam paternitatis, aut comparatitatis contrahere: sed exigi, & satis esse, vt intendat efficere quod patrum efficiunt, nimirum, exercere actum illum suscipiendi ab Ecclesia institutum. Probatur desiderari aliquam intentionem argumentis primæ sententiæ adductis. nu. 2. quæ hanc partem probant. Deinde, quia baptizans absq; animo vero faciendi quod per illum intendit Ecclesia, ne verè baptizet, nec cognationem spirituaalem contrahit. Ergo qui infantem suscipit materialiter tamen, & non animo obediendi muneris susceptoris ab Ecclesia statutum, nõ sit verus susceptor, nec subinde huius cognationis particeps. Probatur autem satis esse intentionem efficiendi quod patrum efficiunt. Quòd intendens baptizare, velint, nolint, contrahit cognationem. Quia hæc cognatio non à propria voluntate descendit, sed est accessoria actui veri baptismi. Similiter ergo volens verè munus patrum obire, seu efficere quod patrum efficiunt, contrahet necessariam cognationem. Quia æquè ex collatione baptismi, & ex susceptione in eo oritur. Et confirmatur, quia volens principale, consequenter vult accessorium, quod ex eo sequitur. I. si is qui. ff. commodati. Et idèd huius sententiæ sunt, Monaldus summa, vbi de matrim. tractatu de impedimento cognat. spirit. tit. de fraternitate. Astenfis. 2. p. summa. lib. 8. tit. 18. ar. vnico, sine. Ioannes de Triburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 7. q. 22. Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. im mediare ante. 5. conclusion. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 6. nu. 22. &